

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula XIII. Quorum diversae sunt naturae, eorum etiam diversae sunt proprietates & vice versa

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

II. Quantum vero ad accidentia quinti praedicabilis, quia non habent necessariam connexionem cum essentiis, nec ab ea fluunt, sed convenientur rebus propter alias causas, & propter earum actiones, actiones vero sunt in singularibus, sicut supra ex I. Met. c. I. audivimus, ideo conveniunt primò singularibus, & per ea speciebus & aliis universalibus. Quod testatur Philosophus l.c. his verbis: *Non curat medicus hominem nisi per accidens, sed Calliam aut Socratem, aut quempiam alium, cui accidit, ut homo sit.*

III. Excipienda tamen hic erunt, quod & Comimbricenses in Cap. VI. Isag. Porphy. notwithstanding predicata accidentalia, quae important denominationem extrinsecam ab actu intellectus: qualia sunt intelligere genus, speciem, & hujusmodi. Hæc enim tantum abest, ut primò singularibus convenient, ut quædam eorum ipsis planè non convenient. Ratio autem exceptionis est, quod actio intellectus non est determinata & restricta ad singulare.

### REGULA XIII.

*Quorum diversæ sunt naturæ, eorum etiam diversæ sunt proprietates, & vice versa.*

I. Faciem est ratio, quæ præcedentium, quod scilicet uiliæ naturæ suæ respondet nativæ proprietates, in er quas, & naturam ipsam, necessaria est connexio & reciprocatio. Ita quia aqua & ignis

ignis, homo & item leo diversas habent naturas, ideo etiam diversas proprietates obtinent, & vite versâ.

II. Potest exinde specialius axioma sic formari: *In quocunque due manent naturae post unionem integræ & confuse, in eodem etiam integræ manent utriusque naturae proprietates: alioquin enim maneret natura in aliquo sine suis proprietatibus.* Hinc probatur, in Christô duas esse voluntates. Cùm n. proprietas naturæ intellectualis sit voluntas, & verò in Christô dentur duas & diversas naturæ intellectuales, divina nimirum & humana, sequitur, duas & diversas quoque in eo esse voluntates.

III. Dicis: Natura & proprietates ejus differt realiter. Quid igitur absurdum, si per miraculū seu potentiam Dei absolutam conservetur natura sine suis proprietatibus:

IV. Resp. Antecedens si non est universaliter falsum, certè non est universaliter verum. Proprietas enim quantitatis est divisibilitas, quæ secundum rem est ipsa quantitas. Proprietates etiam seu attributa Dei sunt nihil aliud secundum rem, quam ipse Deus. Et intellectum & voluntatem secundum rem idē cum anima esse, celebrissimorum Autorum est tententia. Sine hujusmodi propriis sive attributis ne per potentiam diuinam natura ipsa esse poterit, cùm inde aperiat sequatur contradic̄tio. Hoc enim ipso, quod a-

liquid sine aliquo in rerum naturâ esse potest , ab eo realiter differt . Quod si itaque aliqua proprietas realiter ab essentia seu natura differat , saltem naturaliter sine ea naturam esse non posse , certum & concessum est , quicquid sit de potentia Dei absoluta . Poterat hæc Regula unâ cum praecedenti XI. commodè etiam ad sequentem referri Titulum vel Disputationem .

---

*Regularum Philosophicarum*

*DISPUTATIO XVII.*

continens

**REGULA V.**

*pertinentes ad doctrinam.*

**COMPARATORUM**

Aristoteles I. *Top. c. V.* ad problemata accidentis refert ea , quæ prædicantur per quādām comparationem . Unde cūm Lib. II. explicasset locos accidentis simplicis , statim in tertio subjungit eos , qui concernunt accidens comparatum . Nos iisdem insistentes vestigiis post Regulas ad doctrinam accidentes pertinentes , adducemus Titulum de comparatis . Quanquam certè non illa proponemus , quæ Aristoteles nobis in tertio libro reliquit , sed alia quædam , eaque paucissima , hic trademus . Ex iis , quæ Philosophus I. c. explicavit nonnulla inferius in Titt. de perfecto

&

e natureas,  
nt, & vite  
sic forma-  
t unionem  
re manent  
enim ma-  
ietatibus.  
pluntates.  
lis sit vo-  
& diversa  
& huma-  
in eo esse  
eius diffe-  
miraculū  
ur natura  
versaliter  
n. Pro-  
s, quæ se-  
oprietates  
secundum  
voluma-  
, celebra-  
ne hujus-  
ntiam di-  
e aperta-  
, quod a-